

Caroli Gabrielis Cobeti

emendationes

ad

Xenophontis Commentarios


recensuit


Rudolfus Kühner.

Pars prior.

Belgardiae 1885.

Beilage zum Jahresbericht des städtischen Gymnasiums zu Belgard i. P.





Quanquam Carolum Gabrielem Cobet, qua est ingenii sagacitate, optime de scriptoribus Graecis emendandis esse meritum fere omnes vv. dd. libenter concedent, tamen saepe temere eum esse progressum codicumque scripturam magis ex arbitrio suo quam veris ac rectis causis correxisse negari non potest. Ac recte quidem pater meus in praefatione Xenophontis Commentariorum edit. alterius*) mihi dixisse videtur: C. G. Cobets novae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos, Lugd. Bat. 1858 habe ich gründlich durchgenommen und geprüft. Den Scharfsinn des berühmten Kritikers habe ich allerdings bewundert, die Leichtfertigkeit aber, mit der er die Texte der alten Schriftsteller behandelt, und die Sucht selbst an ganz gesunden Stellen Konjekturen zu machen muss ich in hohem Grade missbilligen.**) Von den unzähligen (ca. 160) Mutmassungen, die er zu Xenophons Commentariis aufgestellt hat, verdienen nur fünf wirkliche Billigung, s. unsere Anmerkung zu I. 2, 36. I. 2, 46. II. 1, 30. II. 3, 18. II. 6, 17; alle übrigen beruhen entweder auf unrichtiger Auffassung der behandelten Stellen oder sind ganz überflüssig oder offenbar falsch, wie ich später in einer litterarischen Zeitschrift zu zeigen suchen werde. Quod pater promiserat, morte necessaria id facere prohibitus est. Atque equidem, qui anno superiore novam (quartam) editionem patris*) curavi, hac prooemii scholastici scribendi facultate data facere non possum, quin eos locos Xenophonteos, in quibus Cobetus offendit, accuratius tractem.

*) Xenophons Memorabilien, für den Schulgebrauch erklärt von Dr. Raphael Kühner. Leipzig. Druck und Verlag von B. G. Teubner.

**) Idem fere indicat Breitenbachius. Xenophons Memorabilien erklärt von Ludwig Breitenbach. Berlin. Weidmann. in praefatione edit. IIIae, eum dicit: Vieles, was er vorschlägt, ist unnötig oder geradezu verfehlt.

I. 1, 7 (novae lectiones p. 647). Offendit statim Cobetus in verbis: *τεκτονικὸν μὲν γὰρ ἢ χαλκευτικὸν ἢ γεωργικὸν — ἢ στρατηγικὸν γενέσθαι, πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπων γνώμῃ αἰρετὰ* (e Schneideri conl. pro *αἰρετέα*), *ἐνόμιζεν εἶναι*. 'Molestum est enim', inquit, *καὶ* in *καὶ ἀνθρώπων γνώμῃ*, quasi vero etiam alia quam humana mente illae artes addisci possent'. Violentius igitur sic emendat: *ἢ στρατηγικὸν γενέσθαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, μαθήματα καὶ ἀνθρώπων γνώμῃ αἰρετὰ ἐνόμιζεν εἶναι*. Equidem scripturam *codicum* (*γενέσθαι, πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπων γνώμῃ αἰρετέα ἐνόμιζεν εἶναι*) *retinendam* esse puto, ut sententia sit haec: omnes has artes ipsa hominum ratione *comparandas* esse (non: *comparari posse*) (müsse man auch schon durch menschliche Einsicht erlangen), ut mente suppleas: *καὶ οὐ μόνον θεῶν γνώμῃ*. Exempla huius usus particulae *καί*, quae spectat ad alterum orationis membrum cogitatione supplendum, attulit pater meus ad h. l., cf. eius gramm. graec. ampliolem II. 2 § 524 p. 797.

I. 1, 12 (n. l. p. 683). Ex dittographia natum esse existimat *ποιέ* in verbis *ἐσκόπει, πότερὰ ποτε νομίσαντες ἰκανῶς ἤδη τὰνθρώπινα εἰδέναι ἔρχονται ἐπὶ τὸ — φροντίζειν* — et *ποιέ* delendum censet. At conferendum est initium primi capituli lib. I.: *πολλάκις ἐθαύμασα, τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν* (quibus tandem causis Atheniensibus persuaserint) cf. I. 1, 2. III. 14, 2. IV. 2, 6. in primis Hell. V. 4, 16 (in narratione) *στρατιώτας καὶ μάλα ἀποροῦντας, πότερὰ ποτε πόλεμος πρὸς Θηβαίους ἢ εἰρήνη εἴη*.

I. 1, 14 (p. 683). In verbis: *καὶ τοῖς μὲν οὐδ' ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν εἶναι λέγειν ἢ ποιεῖν οἰοῦν, τοῖς δὲ οὐδ' ἐξίτητόν εἰς ἀνθρώπους εἶναι δοκεῖν* alterum *δοκεῖν* ut invenuste et inficite repetitum ex nimio studio compositionis elegantiae et venustatis restituendae delevit cum Pluygersio (Mnem. 7. 275).

Ibid. (p. 683). Non iustam causam intellegere possum, cur cum Stobaeo, Dindorfio, aliis pro verbis codd. *οὐτ' ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν οὐτ' ἀπολεῖσθαι* refluisset *ἀπολέσθαι*, quanquam orationem sic magis concinnam fieri concedo.

I. 2, 3 (p. 684). In verbis: *Καίτοι γε οὐδεπώποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι τοῦτον* male transponendum censet: *καίτοι οὐδεπώποτέ γε*. Sententia est enim: quanquam quidem pollicitus est nunquam se huius rei magistrum fore, ita ut non verbum *οὐδεπώποτε* particula *γε* accuratius definiatur, sed *ὑπέσχετο* (i. e. tota enuntiatio). Opponitur enim *ὑπέσχετο* verbis *ἔπαυσε μὲν τοῦτων πολλοὺς*, quae antecedunt in § 2. Quanquam igitur alias *καίτοι-γε* dirimi solet, ubi particula *γε* non ad totam enuntiationem, sed tantum ad id vocabulum, quod subsequitur, pertinet (ut IV. 7, 5: *καίτοι οὐδὲ τοῦτων γε* IV. 8, 2: *καίτοι τὸν ἔμ-προσθέν γε*), nostro tamen loco recte coniunctum esse videtur eodem modo quo IV. 2, 7 *καίτοι τοσοῦτῳ γε*, ubi Cobetus iniuria *καίτοι γε τοσοῦτῳ* legere vult. —

I. 2, 9 (p. 650). Temere verba *λέγων ὡς μωρὸν εἶη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κνάμον καθίσταται* (alii *καθίστασθαι*), *κνβεργήτη δὲ μηδένα ἐθέλειν χρῆσθαι κναμενιῶ*, mutare voluit in *μηδέν ἂν ἐθέλειν*. Oratio recta est *οὐδεὶς ἐθέλει*, non *οὐδεὶς ἂν ἐθέλοι*, ut Cobeto videtur. —

I. 2, 14 (p. 684). Pro *ἤδεσαν* omnium codicum in quo offendit, temere scribere vult *ἦστην*. At saepissime vel in eadem enuntiatione numerum dualem et pluralem alterum excipere notissimum est cf. 1. 2, 18 *οἶδα δὲ κάκειῳ σωφρονοῦντε, ἔστε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβουμένω, μὴ ζημιῶντο ἢ παῖοιντο ὑπὸ Σωκράτους, ἀλλ' οἰομένω τότε κρᾶτιστον εἶναι τοῦτο πράττειν*. I. 2, 33. II. 3, 18: *εἰ τὸ πόδε θεία μοῖρα πεποιγημένω πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀλλήλοισιν ἀμελήσαντε τοῦτον ἐμποδί-ζοιεν ἀλλήλω*.

I. 2, 21 (p. 685). In verbis *τῶν ἐν μέτρῳ τυποημένων ἐπῶν* sine ulla causa cum Hirschigio (Zeitschr. f. Alt. wiss. 1852, 37, 295) verbum *ἐπῶν* delere vult. Respondet autem *ἐπῶν* bene et concinne sequenti *λόγων* cf. Isocr. 2 Nicocl. 7 *πολλὰ γὰρ καὶ τῶν μετὰ μέτρον ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων*. —

I. 2, 22 (p. 685). In verbis *τοὺς εἰς φιλοποσίαν προαχθέντας καὶ τοὺς εἰς ἔρωτας ἐγκυλισθέντας* recte quidem Ruhnkenii adnotatione ad h. l. commotus levissima mutatione *ἐκκυλισθέντας*, quod unus cod. B² (Paris 1643) praebet, cum aliis vv. dd. legendum censet, sed iniuria a Xenophonte scriptum esse suspicatur *παραχθέντας* pro *προαχθέντας*, cum dicit: *παράγειν* est ab officio deducere et flectere in vitium, non *προάγειν*, quod quemadmodum *προτρέπεσθαι* ad virtutem impellere significat. Etiam *προάγειν*, ut lexica docent, ita usurpatur, ut sit ad vitium, nequitiam abducere (*verführen*), ut Theogn. 386: *ἢ τ' ἀνδρῶν προάγει θυμὸν ἐς ἀπλακίην* (ubi Meinekius quidem malebat *παράγει*). Isocr. 20, 8 (p. 397^a) *εἰς τοῦτ' ἦδη τινὲς ὀργῆς προήχθησαν*. Dem. p. 468, 12 *πρὸς ὅσην κακίας ὑπερβολὴν ὁ νόμος ὑμᾶς προάγει*.

In eadem paragrapho (p. 685) facile supersedere possumus in verbis *ὧν πρόσθεν ἀπέιχοντο κερδῶν* — *τούτων οὐκ ἀπέχονται* coniectura subitaria *οὐκέτι*, quod ponendum esse arbitratus est propter antecedens *οὐκέτι δύνανται* nulla cogente necessitate.

I. 2, 25 (p. 649). Cum Pluygersio participium *διεφθαρμένω* post verba *ἐπὶ δὲ πᾶσι τοῦτοις* expungendum censet, quod negat *διεφθαρμένω* cum verbis *ἐπὶ τοῦτοις* coniungi posse; sed *ἐπὶ* c. dativo ut in participiis antecedentibus causam et conditionem affert, in qua corruptio cernitur (= unter allen diesen Einflüssen). Participio vero *διεφθαρμένω* deleto concinnitas et aequabilitas orationis, in qua per singula membra aequabiliter participia *ὠγκωμένω* — *ἐπηρμένω* — *πεφρυσμένω* — *διατεθρυσμένω* — *διεφθαρμένω* — *γεγονότε* sunt distributa, vehementer perturbaretur.

I. 2, 30 (p. 685). Temere pro *ὅτι ὑξὸν ἀντῶ δοκοίη* cum Valckenario et Schneidero conicit *ὅτι οἱ ὑξὸν τι δοκοίη*. Certe scribendum erat: *ὅτι οἱ ὑξὸν τι δ.* cf. v. Bamberg Z. f. d. Gymn. 1874, 1: zur attischen Formenlehre.

Praeterea pronomen *τι* saepissime omitti solere docet F. V. Fritzschius quaestt. Lucian. p. 92 sqq. cf. Π. 7, 13 *θανμασιὸν ποιεῖς* et in primis locum simillimum Cyr. V. 2, 17: *τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως πάνν ἀντοῖς ὑἱκὸν καὶ θηριώδες δοκεῖ εἶναι.* —

In iis, quae statim sequuntur ὕδρια cum Buttmanno, Dindorfio pro ὕδρια scribendum recte putat conferens similes formas *ἰχθυῖδια, βοιρόδια, καρῶδια.* —

I. 2, 35 (p. 649). In verbis *ἴνα τοῖνν μὴ ἀμφίβολον ἦ, ὡς ἄλλο τι ποιῶ ἢ τὰ προηγορευμένα* verba ὡς — *προηγορευμένα*, quae quid sibi vellent se suspicari magis quam perspicue intellegere dixit, ut sequiorum additamentum temere eiecit praetquam quod pro *ἀμφίβολον, ὡς* dicendum esset *ἀμφίβ., εἰ.* Sed recte Aken (Zeitschr. f. d. Gymn. 1867 p. 160) verba interpretatus est: „damit eine etwaige (eventuelle) Behauptung, dass ich gegen das Verbot handele, keinem Streit (melius Zweifel) unterliege,“ conferens Dem. XIV, 4 *εἰ μὲν ἐναργές τι γίγνεται καὶ σαφές, ὡς βασιλεὺς ἀντοῖς ἐπιχειρεῖ.* —

I. 2, 36 (p. 685). Recte pro codd. scriptura *ἄν τις με ἐρωτᾷ νέος* coniecit: *ἄν τί με ἐρωτᾷ νέος*: si quid ex me quaeret adulescens.

I. 2, 37 (p. 686). Temere et fortasse canonī Dawesiano qui nominatur, ex quo particulam *ὅπως μὴ* cum coniunctivo aoristi primi coniungi negatur, obsecutus pro *ὅπως μὴ — ποιήσῃς* coniecit *ὅπως μὴ — ποιήσεις.* Cf. quae de canone illo pater meus in gramm. graeca ampl. II. p. 899 n. 5 dixit.

I. 2, 42 (p. 686). Recte *ρομίσαν* ex Reiskii egregia coniectura, pro vulg. *ἐνόμισαν* probavit in verbis *πότερον δὲ ἰάγαθὰ ρομίσαν δεῖν ποιεῖν ἢ τὰ κακά*, ut mente supplendum sit *τὸ πλήθος τοὺς νόμους ἔγραψεν.*

I. 2, 44 (p. 686). In verbis; *ὅταν ὁ κρείττων τὸν ἥτιω μὴ πείσας, ἀλλὰ βιασάμενος ἀναγκάσει ποιεῖν, ὅ τι ἂν ἀντιῶ δοκῇ* tam pueriliter et ieiune verba ἀλλὰ βιασάμενος apposita esse animadvertit, ut ab alio quolibet potius quam ab ipso Xenophonte addita esse existimet. Verba ἀλλὰ βιασάμενος retinenda sunt optimo iure, quod recte opponuntur verbis *μὴ πείσας.* Cf. quae bene Breitenbachius ad h. l. attulit: „Eine etwaige Definition von *βία* würde βιασάμενος ausschliessen, weil in ihm der zu definierende Begriff wieder vorkommt. Doch soll zugleich auch *ἀνομία* definiert werden; deshalb ist der dem *μὴ πείσας* folgende Gegensatz nicht eben anstössig, da er etwas auch die *ἀνομία* Bezeichnendes enthält.“

I. 2, 46 (p. 686 et prosopogr. Xen. 40). Rectissime et acute Cobetus in verbis *ὅτε δεινότατος σαντοῦ ἰάδια ἦσθα* attica loquendi forma perspecta scripsit *ὅτε δεινότατος ἀντὸς ἐαντοῦ τ. ἦσθα*, ut me hanc egregiam emendationem in ipsum ordinem verborum edit. minoris quartae non recepisse doleam; etenim *ἀντὸς* facillime propter antecedens *δεινότατος* excidere potuisse patet.

I. 2, 48 (p. 686). Recte Cobetus Groen van Prinstereri (prosopogr. Plat. p. 226) emendationem *Χαιρεκράτης καὶ Ἑρμογένης* pro *Χαιρεκράτης καὶ Ἑρμοκράτης* (ut procul dubio non nomen servari Hermocratis ex praecedentis *Χαιρεκράτης* similitudine ortum, sed oporteat Hermogenis reponi) probavit acute addens: Quid pepererit errorem vides, vel potius audis.

I. 2, 49 (p. 649). In verbis *φάσκων δὲ κατὰ νόμον ἐξεῖναι παρανοίας ἐλόντι καὶ τὸν πατέρα δῆσαι* Cobeto *καὶ* male irrepsisse videtur, ‘quoniam in solo patre ea res locum habet.’ Immo vero verba *καὶ τὸν πατέρα* significant: vel patrem, et recte Breitenb. Cobetum refutavit his verbis: „selbst seinen Vater. Hiermit ist nicht gesagt, dass dies auch anderen anzuthun gesetzlich sei.“

I. 2, 54 (p. 649). Mire locum sic sibi expedivisse videtur, ut deleto *τοῦ σώματος* emendet: *ἕκαστος ἐαντοῦ, ὃν πάντων μάλιστα φιλεῖ, ὅτι ἂν ἀχρεῖον ἦ κτέ.* Vulgata non est sollicitanda, si construis verba sic: *ἕκαστος ἀφαιρεῖ (τοῦτον), ὃ πάντων μάλιστα ἐαντοῦ φιλεῖ, τοῦ*

σώματος, (eius, quod sui omnium maxime diligit, corporis, quicquid inutile est cett.) ut τοῦ σώματος explicet verba, quae antecedunt (τοῦτον, ὃ πάντων μάλιστα φιλεῖ). Cf. simillimum locum III. 11, 1 ἐαντιῆς ὅσα καλῶς ἔχει.

I. 2, 57 (p. 687). Cobetus cum Weiskio, quem Schneiderus, Dindorfius, G. Sauprius secuti sunt, e verbis ἐργάζεσθαι τε ἔφη καὶ ἐργάτας ἀγαθοὺς εἶναι verbum ἀγαθοὺς expungendum censet, cum dicit: Socrates inter se opposuerat τὸ ἐργάτην εἶναι et τὸ ἀργὸν εἶναι. Etiam Breitenb. interpretatur: ἐργάτας und ἀργούς stehen sich gegenüber als zu erläuternde Begriffe. Daher ist wohl ἀγαθοὺς zu streichen. Defendit ἀγαθοὺς Finckh N. Jahrb. 1830. 283, Bornem. 446, coll. II. 1, 27 τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. Equidem ipse dubito, quid statuendum sit, cum causas inter se pondero.

I. 3, 3 (p. 650). Cobetus in verbis οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχειρον (neque enim rem pulchre se habituram esse, si gauderent) desiderat particulam ἄν et, ut iam Heindorfius voluit, οὔτε γὰρ ἄν κατέ proposuit. Qua emendatione supersedere possumus. Nam quem ad modum in oratione recta saepe καλῶς εἶχε omissa particula ἄν dicitur, sic hl. in oratione obliqua infinitivus sine ἄν positus est, quanquam hoc in infinitivo rarius fieri concedendum est. Cf. grammaticas. Pari quidem iure in verbis, quae statim sequuntur οὐτ' ἄν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν particulam ἄν omittere potuit Xenophon.

I. 3, 5 (p. 587). Pro verbis codicum: ὥσι' οὐκ οἶδ' εἴ τις οὔτως ἄν ὀλίγα ἐργάζοιτο, coniecit ὥσι' οὐκ οἶδ' ἄν, εἴ τις οὔτως ὀλίγα ἐργάζοιτο. Dubito num recte fecerit v. d., quamvis saepe οὐκ οἶδ' ἄν apud scriptores reperiatur. Nostro loco simillimus est Xenoph. Cyrop. I. 6, 41, in quo omnes codd. inter se consentiunt: οὐκ οἶδ' ἔγωγε, εἴ τις λίποις ἄν τῶν πολεμίων, ubi Cobetus item ἄν transponendum esse censet. Cf. Dindorfium in ed. Oxon. ad III. 3, 2 οἷε ἄν παραδοῦναι.

I. 3, 6 (p. 687). Cobetus cum Stobaeo pro τὰ πείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν vult τὰ ἀναπειθόντα. utrum praefendum sit, haud magni refert.

I. 3, 8 (p. 687). τὸν Ἀλιβιάδον νόον Cobetus prosopogr. Xen. p. 61 τὸν Ἀξιώχον νόον legendum esse coniecit coll. Sympos. 4, 12. — —

I. 3, 9 (n. l. p. 687). Pro ἄλλοιτο quod duo codd. Paris. habent, (vel ἄλλοιτο) vult ἄλλαιτο, sed conf. Anab. IV. 2, 17 ἀλόμενοι in praestantissimo codd. A. et Hellen IV. 5, 7 καθ' ἀλόμενος in omnibus fere codd.

I. 3, 11 (p. 650). Articulum elapsam esse putat in verbis ἐφ' οἷς οὐδ' ἄν μαινομενος σπονδάσειν et rescribendum οὐδ' ἄν ὁ μαινόμενος. Similiter Weiskius μαινόμενός τις coniecit. At saepe participia, si subiectum est infinitum, sine articulo (ὁ aut τις) usurpantur, quod subiectum in ipso participio latet, ut I. 3, 8 οὐ γὰρ ἔφη ἰάδιον εἶναι τῶν τοιούτων ἀπιτόμενον σοφρονεῖν. I. 4, 14 οὔτε γὰρ βοὸς ἄν ἔχωρ, cf. II. 6, 31 οὐκ ἔρεσιν ἐν τῇ ἐμῇ ἐπιστήμῃ τὸ τὰς χεῖρας προσφέροντα ποιεῖν ἐπομένειν τοῖς καλοῖς. II. 6, 26 πῶς οὐν οὐ λυσιτελεῖ τοὺς βελτίστους φίλους κτησάμενον πολιτεύεσθαι. III. 6, 6 πῶς γὰρ οἶόν τε μὴ εἰδόντα . . ἐπιμεληθῆναι τούτων; III. 9, 14. III. 13, 2. IV. 2, 37. Ergo vulgata μαινόμενος recte se habet.

I. 3, [non 4] 13 (p. 651). Sine ulla causa pro μόλις γὰρ ἄν ἴσως . . ἔγιγς γένοιτο coniecit μόλις γὰρ ἄν πως quod non possent μόλις et ἴσως coniungi. Non intellego, quidni dici possit vix fortasse intra annum convalesceris. Sed miror Cobetum non offensusse h. l. in verbis ἔγιγς τὸ δῆγμα, in quibus τὸ δῆγμα librarii additamentum esse apparere mihi videtur. Cf. append. crit. edit. minor. quartae ad. h. l. p. 185.

I. 3, 15 (p. 688). In verbis καὶ ᾤετο οὐδὲν ἄν ἤτιον ἀρχοῦντως ἤδεσθαι τῶν πολλὰ ἐπὶ τούτοις πραγματευομένων verbum ἀρχοῦντως ut importunum et molestum remove vult.

Sed sententia loci mihi haec videtur: credebat Socrates se, si in illis rebus modum teneret, non minus ex iis satis delectationis capturum esse quam eos, qui multum in his laborarent. Nam quamvis hi (οἱ πολλὰ ἐπὶ τοῖς τοῖς πραγματευόμενοι) immodicam voluptatem sera paenitentia emere soleant, tamen recte mihi ἀρχόντως ἤδρασθαι dici videntur.

I. 4, 3 (p. 688). Pro ἐπὶ δὲ διθυράμβῳ Cobetus (prosopogr. Xen. 12) acute quidem legendum putat διθυράμβων sc. ποιήσει, quod facile ex antecedentibus verbis ἐπὶ μὲν τοῖνν ἐπῶν ποιήσει elici potest; etenim alias verbum διθυράμβος singulari numero, ut ἔπος, μέλος, non usurpatur; sed causa mihi non necessaria videtur, ut a vulg. scriptura recedamus.

I. 4, 6 (p. 688). Locum sic constituit, ut pro τοὺς μὲν πρόσθεν ὀδόντας scribat τοὺς μὲν ἔμπροσθεν ὀδ. et transpositione praepositionis in verbis λεαίνειν et καταθεῖναι legendum censeat: τοὺς δὲ γομφίους καταλεαίνειν, quod unus cod. A. Parisinus (1302) habet, καὶ τὸ σιόμα πλησίον ὀφθαλμῶν καὶ ὀνύων θεῖναι. At mihi et verbum simplex λεαίνειν, ut sit conterere (zermalmen), et compositum καταθεῖναι a Xenophonte apte dictum videtur; καταθεῖναι enim h. l. est hinsetzen, i. e. anbringen. „Der Schöpfer ist hier wie § 11 wie ein Künstler gedacht, der die einzelnen Glieder an den geeigneten Stellen anbringt.“ Breitenb. In iis, quae statim sequuntur, pro ἀποσιρέψαι, quod et Plutarchus Mor. p. 91 et Longinus, de sublimit. 43 tuentur, conicit legendum esse ἀποσιρέψαι. Breitenbachius bene defendit vulgatam ἀποσιρέψαι. Sed recte Cobetus verba καὶ ἀπενεγκεῖν, quae Breitenb. uncis inclusit, delevit. Sunt additamentum librarii cuiusdam, qui verbum ἀποσιρέψαι accuratius definire volens inepte καὶ ἀπενεγκεῖν (auferre) apposuit.

I. 4, 8 (p. 651). Cobetus inserere voluit μὲν in verbis σὺ δὲ σαντὸν — δοκεῖς τι φρόνιμον ἔχειν, quod non necessarium videtur. Verba Ἐρώτα γοῖν καὶ ἀποκρίνομαι, quae, quanquam in omnibus codd. inveniuntur, iam multis, ut Ruhnkênio, suspecta fuerunt, exterminavit. At recte ea defenderunt Finckh (Jahns Jahrb. f. Phil. 1828 p. 283 sqq.), qui apte confert Xen. Sympos. V. 2: ἄλλ' ἀποκρίνον. Σὺ δὲ γε ἐρώτα. Breitenb. in editione sua.

I. 4, 9. (p. 651). Pro verbis codd. Μά Α', in quorum locum iam Hindenburgius Ναὶ μὰ Α' substituere voluit, Cobetus Νῆ Α' coniecit scribendum esse. Sed h. l. μὰ Αία positum est pro οὐ μὰ Αία, quod negatio, quae latet in verbis ἄλλοθι δὲ οὐδ' αμοῦ οὐδ' ἐν φρόνιμον εἶναι; antecedit, ad quam verba μὰ Αία referenda sunt. Quam ob rem h. l. codd. scriptura standum esse puto.

I. 4, 10 (p. 689). In verbis ὅσῳ μεγαλοπρεπέστερον ἀξιοῖ σε θεραπεύειν participium ὄν post μεγαλοπρεπέστερον facile (ob syllabam on antecedentem) excidere potuisse cum Wyttenbachio et Schneidero recte quidem censet Cobetus, sed, si similes locos, in quibus participium omissum est, contulerimus, ut II. 1, 32. II. 3, 15. IV. 3, 6. IV. 6, 8, etiam nostro loco carere poterimus.

I. 4, 13 (p. 689). Pflugersio assentitur, qui in verbis ἢ ὅσ' ἂν ἀκούσῃ ἢ ἴδῃ ἢ μάθῃ ἱκανωτέρα ἐστὶ διαμενησθαι verba ἱκανωτέρα ἐστὶ expunxit. Poterant quidem omitti propter antecedens ἱκανωτέρα ἐστὶ sed optimo iure a Breitenbachio defenduntur. Quid fieret de antiquis scriptoribus, si ea, quae sententia non perversa aut mutata auferri possunt, auferrentur! Recte interpres Engelmannianus in praefatione: „Ein wahrlich weites Feld zu Vermutungen,“ inquit, „um das, was einem gerade nicht ansteht, aus den alten Schriftstellern herauszuschaffen.“

I. 4, 15 (p. 652). Pro scriptura ὅσπερ σὺ σοὶ φῆς πέμπειν ἀνιούς, quam Schneiderus ex optimo cod. A. (Parisino) laudat, Cobetus praefert ὅσπερ σοὶ φῆς π. ἀνιούς omisso σί, nescio an recte, quod σὺ carere hl. possumus, non σοί.

I. 4, 17 (p. 689). Vulgatam ὅπως ἂν ἀντιῆ ἢ δὲ ἢ cum Pflugersio sine iusta causa in ὅπως ἂν ἀντιῆ δοκῆ mutare vult. ἰδὲ ἐστὶ est libet, ut Cyrop. V. 5, 20 σιωπᾶν ἢ δειόνα σοὶ ἢ ἀποκρίνεσθαι.

I. 5, 1 (p. 689). In verbis καὶ πῶς ἂν οὐκ ἐθέλωμεν τὸν τοιοῦτον ἢ ἡμᾶς σῶσαι ἢ τοὺς πολεμίους κρατῆσαι sententiam loci requirere perperam putat futura σῶσειν — κρατῆσαι. Qua coniectura facile carere possumus. Recte Breitenb. ad hl. adnotavit: σῶσαι — κρατῆσαι, zeit- und dauerlos gedachte Handlungen: dass er — rettet — besiegt. Denn es ist von keiner Dauer, noch von einer bestimmten Zeit die Rede, binnen welcher die Handlungen auszuführen wären.

Ibidem non recte lectionem a Stobaeo servatam: εἰ — βουλοίμεθα, ἀρ' ἀξιόπιστον εἰς ταῦτα ἡγήσασαίμεθ' ἂν τὸν ἀκρατῆ; longe potiolem ducit quam codicum: ἡγήσασαίμεθα. Cf. grammaticas. Eodem modo latine dici possit: si velimus — num putabimus (pro putemus)? Recte Breitenb. ad h. l.: Das Futurum unterbricht die Einförmigkeit der wiederholten Optative mit ἂν.

Ibidem pro ἔργων ἐπίστασιν cum Stobaeo, quem Zeunius secutus est, legit ἔργων ἐπίστασιν. Cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 527, qui docte de discrimine duorum vocabulorum (ἐπίστασις et ἐπισιασία) disputavit.

I. 5, 4 (p. 689). Et temere et perperam Cobetus cum Stobaeo ταύτην πρότην ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευάσασθαι legit pro vulg. ταύτην πρότον. Sententia loci est haec: Nonne unumquemque, qui continentiam virtutis esse fundamentum existimat, hanc primum (i. e. ante omnia) sibi parare necesse erit?

I. 5, 5 (p. 690). Sine ulla idonea causa in verbis: τίς γὰρ ἄνευ ταύτης ἢ μάθου τι ἂν ἀγαθὸν ἢ μελετήσειεν ἀξιολόγως particulam ἂν transposuit sic: τίς γὰρ ἂν ἄνευ κτε.

In eadem paragrapho (p. 689) pro ἐμοὶ μὲν δοκεῖ . . . ἔλενθέρω ἀνδρῶ ἐκτίον εἶναι μὴ τυχῆν δοῦλον τοῦτον, δουλεύοντα δὲ — ἰκετεῦν cum Stobaeo legendum putat δουλεύοντα δὲ — ἰκετενιέον. Sed saepe adiectivorum verbalium structuram transire in infinitivum (ut h. l.) notissima est res. Cf. de re equ. III. 7 ληπιέον πεῖραν — πεῖραν λαμβάνειν. Plat. Crit. 51c. ποιητέον — ἢ πεῖθειν ἀντήν, ubi cf. Stallbaumii notam. Qua re acquiescendum erit in codd. scriptura.

I. 6, 2 (p. 690). In verbis ζῆς γοῦν οὐτως, ὡς οὐδ' ἂν εἰς δοῦλος ὑπὸ δεσπότης δικαιώμενος μένειει(ν) pro μένειει(ν) requirit παραμείνειει(ν). Valckenarius voluit ὑπομείνειει ('tolerare posset'). At neutrum videtur mihi necessarium esse. Sententia est: certe quidem ita vivis, ut si quisquam servus sub domino viveret, non maneret (= remaneret).

Ibidem (p. 690). ἀχίτων ὧν διατελεῖς Cobetus cum Valckenario legere vult pro scriptura codd. ἀχίτων διατελεῖς. Quamquam quidem facile participium ὧν post syllabam ων h. l. excidere potuisse viro docto concedimus, tamen non est, cur vulgatam lectionem tenemus. Largam exemplorum copiam omissi participii in verbo διατελεῖν et similibus suppeditat G. Sauppe in ed. stereot. Lips.

I. 6, 5 (p. 704). E Teletis frgm. apud Stobaeum (floril. 5. 67) verba οὐκ οἶσθ', οἷο ὁ μὲν ἡδίστα ἐσθίων ἡκίστα ὄψων δεῖται, ὁ δὲ ἡδίστα πίνων ἡκίστα τοῦ μὴ παρόντος ἐπιθυμῆ ποιοῦ; audacius sic constituit, ut participia πεινῶν post ὁ μὲν et διψῶν post ὁ δὲ inserat. Sed hac emendatione non opus est, quod ἡδίστα hl. suavissime (mit gutem Appetit, i. e. hungri — durstig) significat itaque illa participia, quae Teles Xenophontem imitatus addidit, facillime mente suppleri possunt.

I. 6, 6 (p. 91). Temere pro verbis βαδίζοντα, ὅπου ἂν βούλωμαι contra omnium codicum auctoritatem coniecit β., ὅποι ἂν βούλωμαι. — βαδίζειν h. l. est ambulare, incedere, et optime dici potest ὅπου ἂν βούλωμαι, quacunq; volo. Accuratius Breitenb. locum sic explicat: ὅπου ἂν βούλωμαι, d. i. ὅποι ἂν βαδίζειν καὶ ὅπου εἶναι βούλωμαι coll. Cyr. V. 4, 15 (non V. 21, 15): οὐ κατέργε, ubi Heindorfius quidem ad Plat. Soph. p. 428 vult οἷ. Hellen. II. 3, 54 οὐδ' (sc. ἀπαγαγεῖν) δεῖ. VII. 1, 25 ὅπου δὲ βούληθεῖεν ἐξελθεῖν. Hier. III, 2 ποθοῦσι δὲ, ἂν πον ἀπίη. 2

I. 6, 7 (p. 690). Pro verbis *μελετήσαντες* — *κρείττους γίγνονται πρὸς ἅ ἄν (ἄν) μελετῶσι* c. Stobaeo emendari oportere dicit *πρὸς ἅ ἄν μελετήσωσι*. Vulgatam scripturam Bornemannus defendit, ut in *μελετήσαντες* et *ἀμελήσαντες* tempus praeteritum spectetur, ita repetitam exercitationem praesentis coniunctivum *μελετῶσι* significare.

I. 6, 9 (p. 314. 652. 690). In verbis *ποιτέρῳ ἢ πλείων σχολῇ τούτων ἐπιμελεῖσθαι*, quam lectionem codd. Parisini habent, deleto articulo ἢ legendum putat: *ποιτέρῳ πλείων σχολῇ τ. ἐπιμ.* Sed propter verbum *ποιτέρῳ* articulus hl. mihi necessarius videtur.

I. 7, 2 (p. 652). Nulla cogente necessitate pro codd. scriptura *σκενύη τε καλὰ κέκηνται* vehementius corrigit *σκενύη τε καλήν* coll. Herod. I, 24 de Arione: *ἐνδύτια πᾶσαν τήν σκενύην καὶ λαβόντια τήν κιθάρην*.

I. 7, 5 et II. 1, 1 (p. 691). Cum Krügero, Pluygersio *τοιῶδε* et *τοιᾶντα* transponenda censet in verbis *τοιῶδε διαλεγόμενος* (I. 7, 5) et *τοιᾶντα λέγων* (II. 1, 1). Librorum scriptura defenditur a Finckhio (Jahns Jahrb. f. Phil. 1828 p. 285), Breitenbachio, qui haec in editione sua ad I. 7, 5 adnotavit: „*τοιῶδε*, d. i. solches, wie in diesem Kapitel enthalten ist; es deutet also auf das Vorliegende nicht in dem Sinne: das Vorhergehende, sonst würde *τοιᾶντα* stehen.“

II. 1, 20 (p. 691). Cum Pluygersio orationis concinnitatis servandae causa in verbis *αἱ μὲν ἡραδιουργία καὶ ἐκ τοῦ παραγοῦμα ἡδοναὶ οὔτε σώματι ἐνεξίαν ἰκαναί εἰσιν ἐνεργάζεσθαι, οὔτε ψυχῇ ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν* pro *ἐμποιοῦσιν* ut *ἐμποιεῖν* (apertum a verbo *ἰκαναί*) restituatur nulla cogente necessitate postulat. Si tali modo scriptores corrigere vellemus, innumerabiles loci essent mutandi.

II. 1, 22 (p. 691). Pro *κεκοσμημένην τὸ μὲν χρῶμα καθαρσιότητι*, quod Stobaens et duo codd. exhibent vult *τὸ μὲν χρῶμα καθαρσιότητι*. Sed neque *καθαρσιότητι* neque *καθαροσίητι* vulgatae *καθαρσιότητι* praeferendum videtur; cf. quae apte ad hl. pater meus dixit.

Ibid. (p. 692). Frustra defendit *περισκοπεῖν*, quod iam Hirschigius et Pluygersius voverunt, pro *ἐπισκοπεῖν* legendum esse; *ἐπισκοπεῖν* est animum attendere (acht geben), quod optime nostro loco convenire videtur.

II. 1, 23 (p. 653). In verbis: *ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιήσῃ (ποιήσάμενος cod. A) ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ἡγαστήν ὁδὸν ἄξω σε*, ut iam Hirschigius (Philol. 9. 728) delere vult praepositionem *ἐπὶ* collatis verbis in § 29 *ἐγὼ δὲ ἡραδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε*. Quanquam recte quidem dicitur *ἄγειν ὁδὸν τινα*, tamen eodem iure *ἄγειν ἐφ' ὁδὸν τινα* dici posse videtur, sed animadvertendum est in § 29 sequi verba *ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν*.

Ibid. (Mnemos. 11, 143). Pro *σκοπούμενος διέσει*, quod omnes fere codd. exhibent, vel *σκοπούμενος διοίσει* Cobetus *σκ. διαβιώσει* vult, sed eum fugisse videtur ita exsistere molestam repetitionem eiusdem verbi, nam in fine paragraphi antecedentis *ἄπειρος διαβιώσει* Xenophon dixerat.

Ibid. (n. I. p. 693). In verbis *ἢ τί ἰδὼν ἢ τί ἀκούσας τεροφθείης ἢ τίνων ὀσφραϊνόμενος ἢ ἀπτόμενος ἡσθείης ἄν*; vitiose ei abundare videtur secundum *τί* et male *ἄν* abesse; sed omnes codd. habere videntur *ἢ τί ἄν ἰδὼν καὶ*. et omisisse *ἄν* post *ἡσθείης*. Quare scriptura *ἢ τί ἄν ἰδὼν ἢ τί ἀκούσας τεροφθείης ἢ τίνων ὀσφραϊνόμενος ἢ ἀπτόμενος ἡσθείης*; retinenda erit, quod facillime ex *τί ἄν ἰδὼν τεροφθείης* ad verbum *ἡσθείης* particula *ἄν* suppleri potest, ut saepe fit.

II. 1, 26. In prosopogr. Xen. p. 35 pro *ὑποκοριζόμενοι* cum Wyttenbachio voluit scribere coll. III. 11, 3 *ὑποκινιζόμενοι*. Cf. Dindorfium in edit. Oxon. ad h. l.

II. 1, 28 (p. 693). Cum Stobaeo lubens accepit Cobetus *οἱ θεοὶ διδάσσι* pro *θεοὶ διδάσσι* omisso articulo. Utrumque pari iure dici posse quis est, qui neget?

II. 1, 29 (p. 654). In verbis *ἐγὼ δὲ ἡράδιαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τῆν εὐδαιμονίαν ἄξω σε* cum Hirschigio *ὁδὸν* ut importunum ferre non potest. Sed multo maiorem vim oratio habebit servato *ὁδὸν* quam expuncto. —

II. 1, 30 (p. 693). Obiter pro codd. *ἐμπίπλασαι* revocare vult *ἐπιμύπλασαι* contra grammaticorum veterum praescriptum, quanquam codices in illis formis fluctuant, cf. Kühner, gramm. graec. ampl. I. 2 § 343 p. 893.

Ibidem (p. 693) summo iure *ἴνα δὲ ἡδέως πίνῃς* cum Stobaeo pro librorum *πίνῃς* propter antecedens *φάγγης* scribendum esse censet.

II. 1, 32 (p. 693). In verbis *ἔργον δὲ καλὸν οὐτε θεῖον οὐτ' ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται* ex graecitatis ratione et usu loquendi recte quidem *οὐδὲν* post *καλὸν* (*ἔργον δὲ καλὸν οὐδὲν οὐτε κτέ.*) excidisse animadvertit, ut iam Schneiderus voluit — *γίγνεται οὐδέν*. Cf. I. 2, 48 *καὶ τοῦτων οὐδεὶς οὐτε νεώτερος οὐτε πρεσβύτερος ὢν οὐτ' ἐποίησε κακὸν οὐδὲν οὐτ' αἰτίαν ἔσχεν*. III. 3, 8: *οὐτε ἵππων οὐτε ἱππέων ἀγαθῶν καὶ ἀλκίμων οὐδὲν ὄφελος*. II. 2, 8. Sed quod Zeunius faciliore mutatione coniecit *χωρὶς ἐμοῦ οὐ γίγνεται* a scriptura codd. minus abhorret, quia *οὐ* facillime propter syllabam proxime antecedentem *οὐ* excidere potuit.

II. 1, 33 (p. 693 cf. p. 641). In verbis *ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν, Ἡράκλεις* sine iusta causa delere vult *Ἡράκλεις*, ut librarii additamentum.

II. I, 34 (p. 693 et prosop. 36). In verbis *οὐτίω πως διώκει Πρόδικος τὴν ἑπ' Ἀρειῆς Ἡρακλέους παιδεύειν* cum Stobaeo gratus accipit *διοικεῖ*. Quamquam *διώκει* ut latinum 'oratione persequi' alibi vix invenitur, tamen h. l. omnium codd. scripturam *διώκει* defendendam esse arbitror.

II. 2, 3 (p. 694). Optimo iure in verbis *ὡς οὐκ ἂν μείζονος κακοῦ φόβῳ τὴν ἀδικίαν παύσοντες* coniecturam, quam iam Coraes fecerat *παύσαντες* pro *παύσοντες* in ordinem verborum recipiendam esse censuit, cf. appendicem criticam editionis quartae minoris ad hl. Nam *ἂν* particulam certe cum participio futuri coniungi posse rectissime hodie grammatici negare mihi videntur. Omnibus enim fere locis, ubi *ἂν* c. participio futuri coniunctum invenitur, codicum scriptura incerta est. Etiam Plat. Apol. p. 30 B. (cap. XVII) legendum videtur: *ὡς ἐμοῦ οὐκ ἂν ποιήσαντος* pro codd. scriptura *ποιήσοντος*. Cf. in primis Stahl; quaest. grammaticae ad Thucyd. pertinentes, Bonnae 1872 p. 9. III.

II. 2, 5 (p. 694). Pro codd. scriptura *οὐκ εἰδῶτα εἴ τινα τοῦτων χ. ἀπολήψεται* nulla cogente necessitate legendum putat: utrumque quidem recte se habet; sed Stobaei auctoritate adduci non possumus, ut a codicibus recedamus.

II. 2, 8 (p. 695). In verbis *οὐδεπώποτε ἀντὶν οὐτ' εἶπα οὐτ' ἐποίησα οὐδὲν ἐφ' ᾧ ἤσχυνθη* speciosa mihi videtur scriptura *ἐφ' ᾧ ἤσχυνθηνα* Stobaeo (Vol. II. p. 101 Meineke) servata, quam Cobetus probavit. Elegantius certe et subtilius diceretur: At ego nihil unquam ei aut dixi aut feci, quod erubescerem (worüber ich mich zu schämen hätte) quam: quod illa erubesceret. At non omnia, quae fortasse melius dici potuerunt, statim in ordinem verborum recipi opus erit.

II. 2, 13 (p. 694). In verbis *ὡς οὐτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θνόμενα ἕπερ τῆς πόλεως τοῦτον θύοντος, οὐτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τοῦτον πράξαντος*, ut Reiskius *πρατιόμενον* inseruit post *οὐδὲν ἂν*, sic Cobetus *γενόμενον* excidisse putat. Sed utriusque coniecturis supersedere possumus, quod facillime legentes participium illud *πρατιόμενον* ex participio *πράξαντος* mente supplere possunt. „Sic verba *τοῦτον θύοντος* et *τοῦτον πράξαντος* egregie

sibi respondent.“ (Similem locum, ubi genetivum absolutum sequitur accusativus absolutus qui dicitur, Heindorfius attulit ex Plat. republ. 10 p. 604 B *ὡς οὔτε δήλον ὄντιος τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ οὔτε εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χυλεπῶς φέροντι, οὔτε τι τῶν ἀνθρώπων ἄξιον ὄν μεγάλης σπονδῆς.*

II. 2, 14 (p. 690). Non recte in verbis *φιλᾶξῃ, μὴ ἐν ἐρημίᾳ φίλων ἀναφανῆς* participium ὄν excidisse censuit. Cf. quae ad similem locum I. 6, 2 (*ἀχίτων διατελεῖς*) supra diximus. Eadem de causa ne hoc quidem loco scriptura codicum frustra tentanda erit.

II. 3, 1 (p. 695). In verbis *οἱ χρησιμότερον νομίζουσι χρήματα ἢ ἀδελφοὺς*, quae codd. exhibent, quod Schneiderus ob sequentes singulares (*τοῦ δὲ φρονίμου — τοῦ δὲ βοηθεῖν δυναμένον — τοῦ δὲ ἐνός*) ex edit. Paris. et Stephani coniectura recepit *ἀδελφοῦν*, probavit. Sed iusta causa non est, cur a codd. scriptura recedamus. Ipse Stephanus addidit: Verum nec deest aliqua ratio excusandi *τοῦ δὲ φρονίμου*, licet *ἀδελφοῦς* praecesserit, ut videlicet perinde sit, ac si dixisset, cum sua cuique *χρήματα* sint *ἄφρονα*, suus autem cuique frater sit *φρόνιμος*. Postquam Socrates primo loco omnino (im allgemeinen) de omnibus iis locutus est, qui opes praeferunt fratribus, et ob eam causam plurali numero (*ἀδελφοῦς*) usus est, iam oratione ad ipsum Chaerecratem deflectente verbis (*καὶ ταῦτα*) ad illum transit, qui unum habebat fratrem. Cf. etiam Breitenbachium ad h. l., qui recte scripturam codd. tuetur et defendit. —

II. 3, 9 (p. 695). In verbis *εἰ νόνα μὲν . . . ἐπειρῶ εὖ ποιήσας πραῖνεῖν αὐτόν* pronomen αὐτόν, quod quidem ex abundantia quadam Xenophon addidit, immerito expungendum censet. Saepe enim scriptores et graeci et latini vel perspicuitatis causa vel, ut antecedentis nominis notio maiore vi efferatur, pronomine demonstrativo eam repetunt (*ἐπανάληψις*). Cf. Xen. An. II. 4, 7 *ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα — οὐκ οἶδα, ὅ τι δεῖ αὐτόν ὁμοῦσαι*. V. 6, 15 *ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ Ξενοφῶντι, ὄρῳντι — — καλὸν αὐτῷ ἐδόκει εἶναι . . . προσκλιθῆσθαι*. V. 7, 30: *τοὺς δὲ νεκροὺς — τούτους*. VI. 5, 17: *καὶ τούτους οἶδ' ὅτι ἐπιόντων μὲν ἡμῶν, οὐδ' ἡμεῖς ἐπιπέτετε αὐτοὺς δέξασθαι ἡμᾶς*. Cyrop. I. 3, 15 *πειράσσομαι τῷ πάμπῳ ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππέας συμμαχεῖν αὐτῷ*.

II. 3, 11 (p. 696). Pro codd. scriptura *κατάρχοιμι ἄν* facili mutatione elisione adhibita *κατάρχοιμ' ἄν* legit, quod Dindorfius recepit.

II. 3, 17 (p. 634). In verbis *ἐὰν οὖν ἐμοῦ ταῦτα ποιόντιος ἐκεῖνος μὴδὲν βελτίων γίγνηται; Τί γὰρ ἄλλο, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδειξαι σὺ μὲν χρησιός τε καὶ φιλάδελφος εἶναι, ἐκεῖνος δὲ φαῖλος τε καὶ οὐκ ἄξιος ἐνεργεσίας;* expuncto *ἐπιδειξαι* oratio Cobeto graeca futura esse et sana videtur; *ἐπιδειξαι εἶναι* pro ὄν foedissimum esse soloecismum esse requiri *ἐκεῖνον δὲ φαῖλον ὄντα*. At vir doctus praepropere iudicavit. Primum enim *δεικνύναι* coniungi potest cum infinitivo, ubi aut vim habet docendi ut IV. 4, 8 *τὸ αὐτὸ ἐπιδεικνύμι νόμιμόν τε καὶ δίκαιον εἶναι* (ubi Cobetus c. Schneidero *ἀποδεικνύμι* vult), aut ubi significatur rem quandam fieri tantum posse, ut in nostro loco. Tum erravit Cobetus dicens requiri *ἐκεῖνον δὲ φαῖλον ὄντα*, fugit eum ex verbis *κινδυνεύσεις ἐπιδειξαι, σὺ μὲν χρησιός τε καὶ φιλάδελφος εἶναι* ad verba *ἐκεῖνος δὲ* facillime elici posse *κινδυνεύσει ἐπιδειξαι — εἶναι*. Cf. etiam Büchschütz, Philol. XVIII 271. Ceterum acute Breitenbachius ad h. l. dixit inesse in verbo *κινδυνεύσεις* iocosam irrisionem: deine Gefahr besteht dann darin, dass du — .

Ibid. (p. 691). In verbis *νομίζω γὰρ αὐτόν, ἐπειδὴν ἀσθμαί σε προκαλούμενον ἐαντόν εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον, πάνν φιλονεικῆσειν, ὅπως περιγένηται σου καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ εὖ ποιῶν* pro *φιλονεικῆσειν* restituere vult *φιλονικῆσειν*, quod unus habet cod. Parisinus C²; invicto enim argumento demonstrari posse antiquam scripturam **ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΣ**, utpote ex *νίκη*, non ex *νείκος* compositam, productam vocalem, non diphthongum postu-

lare. Contra defendit *φιλονεικίσειν* Franke Philol. Suppl. 1, 470 sq. (cf. ad II. 6, 5). Equidem statuo rem in medio relinquendam esse, quod in illarum formarum scriptura (*φιλόνεικέω* — *φιλονικέω* — *φιλόνεικος* — *φιλόνικος*) codd. manuscripti nimis fluctuant formaeque inter se commutantur.

II. 3, 18 (p. 695). Rectissime Cobetus in verbis *τὸ χεῖρε, ἃς ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ (τῷ) ῥectius) συλλαμβάνειν ἀλλήλων ἐποίησεν*, quod libri habent, formam *ἀλλήλοισιν* restituit; constat enim certe apud scriptores Atticos in duali numero triplicis generis unam et eandem formam esse in articulo et pronomibus (non in adiectivis et participiis, ut contendit Cobetus); ergo scribendum erit *τούτω τὸ γυνᾶκε, τούτοις τῶν γυναικοῖν* cett.

II. 3, 19 (p. 654). In verbis *καὶ μὴν ἀδελφῷ γε ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ μείζονι ὠφελείᾳ ἀλλήλοισιν ἢ χεῖρε τε καὶ πόδε καὶ ὀφθαλμῶ τᾶλλά τε, ὅσα ἀδελφὰ ἔφρσεν ἀνθρώποις* mire et plane non necessario emendavit *ὅσα ἀδελφὰ ἔφρσεν ἄνθρωπος*. Prorsus totum locum, si sic (*ἄνθρωπος*) legeretur, perversum iri existimo; etenim Xenophon loquitur in hac paragrapho de potentia Dei, qui omnia corporis membra in hominibus sua ipsius potentia apte et convenienter genuit (*ἔφρσεν*). Multo minus divina providentia efferretur, si Cobeti emendationem (*ἄνθρωπος* pro *ἀνθρώποις*) in ordinem verborum recipere vellemus. Quod alias Xenophon, si de deo loquitur, pro *φύειν* usus est *ἐμφύειν* (ut I. 4, 13, 16, IV. 3, 11) nos commovere non potest, ut codicum scripturam deseramus.

II. 5, 2 (p. 696). Pro *δύο μναῖν*, quod omnes libri praeter codicem Victorii in ed. Aldina habent, scripsit *δυσὶν μναῖν*, nescio an recte, quod, ubi *δύο* cum duali numero coniunctum est, forma *δυσὶν* usurpari solet (ut *δυσὶν ποδοῖν*, non *δύο ποδοῖν*), ut apparet ex Antiph. ap. Athenaeum 15 p. 691 D: *σιακτὴ δυσὶν μναῖν οὐκ ἀρέσκει μ' οὐδαμῶς*, Xen. de vectig. III. 10 *ἐγγὺς δυσὶν μναῖν πρόσσodon ἔξουσι*. Cf. G. Sauppium, qui accurate ad hl. in ed. stereot. Lips. de hac re disputavit.

II. 5, 3 (p. 696). In verbis *τὸν δ' οὐδ' ἂν ἡμιμναῖον προτιμησαίμην* lenissima mutatione eleganter quidem emendat *προτιμησάμην*, quod alias activa forma usurpatur. Sed medium h. l. servandum esse puto, quod notio inest non solum pluris aestimandi, sed etiam praeferendi.

II. 5, 5 (p. 647). In verbis *σκοπῶ, μὴ, ὅσπερ ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῆ ἢ καὶ ἀποδιδῶται τοῦ εἰρόντιος, οὕτω καὶ τὸν πονηρὸν φίλον, ὅταν ἐξῆ τὸ πλεῖον τῆς ἀξίας λαβεῖν, ἐπαγωγὸν ἢ προδίδασθαι* sine causa recipiendum censet ex bono codice (Voss. I) *ἀποδιδῶται* et καὶ expungendum, ut oratio sic constituatur: . . ὅσπερ, ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῆ, ἀποδίδεται τοῦ εἰρόντιος, οὕτω κτλ. = quando quis servum nequam venditat, quovis pretio abicit. Sed vulgata servanda est. Nam verba *καὶ ἀποδιδῶται* accuratius explicant ea, quae antecedunt: venalem habet et vendit (addicit) quovis pretio i. e. verkauft und zwar um jeden Preis hingiebt. Quod igitur Cobetus inter *πωλεῖν* et *ἀποδιδῶσαι* interesse constituit, etiam nos retinemus, ut elucet ex verbis (Sympos. VIII. 21) *ὁ ἐν ἀγορᾷ πωλῶν καὶ ἀποδιδόμενος*. Coniunctiones autem *ὅσπερ ὅταν* hl. quasi in unam coaluerunt, ut apud Homerum *ὡς ὅτε*, cf. *ὅσπερ* εἰ II. 3, 18: *οὕτως, ἔφη, διάκείσθον, ὅσπερ (sc. γένοιτο ἂν) εἰ τὸ χεῖρε . . ἰράποινο πρὸς τὸ διακωλύειν ἀλλήλω*.

II. 6, 2 (p. 696). Quaerenti Socrati: *οὐ δοκεῖ σοι καὶ οὕτως χαλεπὸς φίλος εἶναι*; Critobulus respondet: *πάνν*. Cobetus legere vult ex constanti loquendi usu: *πάνν γε*. Dindorfius scripsit: *πάνν γ' ἔφη*. Sed etiam apud Aristoph. Plut. 393 invenitur: *ΒΑΕ. καὶ ποῦ' σιν; ΧΡΕ. ἔνθον. ΒΑΕ. ποῦ; ΧΡΕ. παρ' ἐμοί. ΒΑΕ. παρὰ σοί; ΧΡΕ. πάνν* omisso *γε*. Quanquam igitur nostro loco *πάνν γε* elegantius dictum esset, tamen non necessarium videtur a codd. scriptura recedere.

II. 6, 5 (p. 696). In verbis εὐροκος δὲ καὶ εὐξύνβολος ὢν τυγχάνει καὶ φιλόνοικος πρὸς τὸ μὴ ἐλλείπεσθαι εὐ ποιῶν τοὺς ἐνεργητοῦντας αὐτόν primum pro φιλόνοικος scripsit φιλόνοικος ut III. 4, 3 v. p. 692. Cf. quae de φιλονοικήσειν ad II. 3, 17 diximus. Tum pro ἐλλείπεσθαι simplex requirit λείπεσθαι. Quanquam Xen. Oec. XVIII. 5 τὰτα μὲν τοίνυν, ἔφη, οὐδὲν ἐμοῦ λείπη γιγνώσκων, quem locum Cobetus attulit, et Mem. II. 4, 7 τοῦτων φίλος ἐνεργητῶν οὐδενὸς λείπεται legitur, tamen causam iustam non invenio, cur nostro quoque loco λείπεσθαι pro ἐλλείπεσθαι emendetur. Cf. praeterea eos locos, in quibus verbum ἐλλείπεσθαι sine participio invenitur, Cyrop. VI. 2, 37 ὅπως, ἄν τι δέη καὶ τοιούτων τεχνῶν ἐν τῇ στρατιᾷ μηδὲν ἐλλείπηται (ubi acti vum quidem potius exspectes), de re equ. III 8 πολλοὶ γὰρ οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ ἄπειροι εἶναι τοῦτων ἐλλείπονται.

II. 6, 7 (p. 697 et Mnem. 7, 289. 9, 372 sq.). Nulla cogente necessitate in verbis ὃν ἄν τοῖς πρόσθεν (ἵπποις) ὄρω καλῶς χρώμενον, τοῦτον καὶ ἄλλοις οἶμαι καλῶς χρῆσθαι coniecit cum Valckenario legendum esse χρῆσθαι. (Dindorfius voluit . . καὶ ἄν [= καὶ ἄν] ἄλλοις . . χρῆσθαι). Nullo modo coniectura opus est. Oratio recta sic se habeat: ὃν ἄν . . ὄρω, οἷτος — χρῆται, non χρῆσεται (aut χρῆτο ἄν c. Dindorfio). Eodem iure, quo ὄρω . . χρώμενον (non κερημένον) dictum est, etiam χρῆσθαι defendi potest.

II. 6, 17 (p. 654). Offendit Cobetus iniuria in verbis ὁ ταράττει σε, ὃ Κριτόβουλε, ὅτι πολλὰκις ἄνδρας καὶ τὰ καλὰ πράττοντας καὶ τῶν αἰσχρῶν ἀπεχομένους ὄρεξ ἀντὶ τοῦ φίλους εἶναι σιασιάζοντας ἀλλήλοις. Pronomen ὁ quid sibi velit, non intellegens coniecit θράττει σε ut ex dittographia ortum, quasi primum scriptum sit ΟΤΑΡΑΤΤΕΙ pro ΘΡΑΤΤΕΙ, tum supra aliquis scripserit ΤΑ, vetustae formae θράττει supponens vulgatam ταράττει. Sed nequiquam acumine suo abusus est v. d. Ὁ ταράττει σε, ὅτι ex notissimo graecismo ortum dictum est pro ὁ ταράττει σε, τοῦτό ἐστιν, ὅτι. Cf. simillimos locos Plat. de rep. VI. p. 491 B ὁ μὲν πάντων θανμασιότατον ἀκοῦσαι, ὅτι . . ἐπηρεάσαμεν. Isocr. Paneg. p. 77, 176 ὁ δὲ πάντων καταγελασιότατον, ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χεῖριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. Huc accedit, quod vulgatae fides interpretatione optimorum codicum: οἶδα, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὁ ταράττει σε egregie munitur atque confirmatur. Contra rectissime (p. 697) articulum τὰ addidit ante καλὰ, ergo: ἄνδρας καὶ τὰ καλὰ πράττοντας καὶ τῶν αἰσχρῶν ἀπεχομένους. Cf. § 18 τῶν τε καλῶν . . καὶ τὰ αἰσχρά. Inter καὶ et καλὰ potuit facile τὰ excidere.

II. 6, 27 (p. 697). In verbis πολὺν δὲ κρεῖττον τοὺς βελτίστους ἐλάττονας εὐ ποιεῖν ἢ τοὺς χείρονας πλείονας ὄντας post ἐλάττονας participium ὄντας Cobetus inseri vult, ut iam Hirschigius Philol. V 296 addidit. Sed cum hl. facillime ad ἐλάττονας participium ὄντας ex sequenti πλείονας ὄντας elici possit, non habemus, cur in ordinem verborum recipiamus. Immo vero repetitio participii importuna h. l. videatur. —

II. 6, 32 (p. 697). In verbis ὡς οὐ προσοίσοντος τὰς χεῖρας, εἴ τι ἔχεις ἀγαθὸν εἰς φίλων κτεῖσιν, δίδασκε. Οὐδὲ τὸ στόμα οὐδὲν, ἔφη ὁ Σωκράτης, πρὸς τὸ στόμα προσοίσεις particulam οὐν culpa librarii sedem mutasse opinatus scribere voluit ὡς οὐδὲν οὐ προσοίσοντος . . Οὐδὲ τὸ στόμα, ἔφη ὁ Σ . . προσοίσεις. Sed iustam causam, cur οὐν transponendum sit, prorsus non intellego. —

II. 6, 35 (p. 697). Bis pro ἀγάλλη οὐχ ἦτον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐαυτοῦ recte rescribere mihi videtur ἢ ἐπὶ τοῖς σαυτοῦ, praesertim cum duo codices Parisini C¹, C² praebeant σεαυτοῦ. Cf. I. 4, 9, ubi melioribus codicibus scriptura οὐδὲ γὰρ τὴν σεαυτοῦ (vel σαυτοῦ) σύ γε ψυχὴν ὄρεξ pro vulgata . . ἐαυτοῦ firmatur. Sed recte II. 1, 31 codd. scriptura τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνον ἐαυτῆς, ἀνήκοος εἰ servatur, ubi ἐπαίνον ἐαυτῆς est nostrum Eigenlob. Perperam ibi Dindorfius correxit ἐπαίνον σεαυτῆς. —

II. 6, 36 (p. 697). Ut iam Valckenarius ad Eur. Hippol. 589 pro *προμνηστρίδας*, quod habent libri, correxit *προμνηστρίας*. Quanquam alias apud scriptores Atticos invenitur forma *προμνήστρια*, Arist. Nub. 41. Plat. Theaet. p. 149 D, Luc. dial. deor. 20. 16. Charit. 6, 1, metaphoricè Eur. Hippol. 589 (*τὴν κακῶν προμνήστριαν*), ut a *μνηστήρ* ducitur *μνήστρια* Poll. 3. 31, tamen eodem iure forma *προμνηστρίς*, *ἰδος* derivari potuit; respondent enim masculinis in *τήρ* — *τής* exeuntibus feminina, quae suffixum aut *τρια* aut *τρεις* G. *ιδος* habent, ut *ψάλλης ψάλλτρια*, *δρήστης (δρηστήρ) δρηστεις, ιδος* (Call. anthol. 12. 73). Cf. Lobeck ad Phrynich. p. 256.

Eodem loco (p. 697 et variae lectt. p. 154) in verbis *ἔφη* (sc. *Ἀσπασία*) *γὰρ τὰς ἀγαθὰς προμνηστρίδας μετὰ μὲν ἀληθείας τὰγαθὰ διαγγελλούσας δεινὰς εἶναι συνάγειν ἀνθρώπους εἰς κηδείαν, ψευδομένας δ' οὐκ ἐθέλειν ἐπαινεῖν*, quod habent optimi codd. (alii δ' οὐκ ὠφελεῖν ἐπαινούσας aut δ' οὐκ ὠφελεῖν ἐπαινεῖν) ei videtur expungendum esse *ἐθέλειν*, legitque *δ' οὐκ ἐπαινεῖν*, ut subiectum sit *Aspasia* (se non laudare). Sed durior mutatio subiecti videatur in eadem enuntiatione. Equidem scripturam optimorum codicum (*ψευδομένας δ' οὐκ ἐθέλειν ἐπαινεῖν* servandam et verba *ὠφελεῖν ἐπαινούσας* ut glossema rescanda esse putō. Opposita enim sunt primum *μετὰ μὲν ἀληθείας τὰγαθὰ διαγγελλούσας*, quibus verbis respondet participium *ψευδομένας δ'*, tum *δεινὰς εἶναι συνάγειν* — *εἰς κηδείαν* et *οὐκ ἐθέλειν ἐπαινεῖν*, ut sententia sit haec: „Dicebat enim (*Aspasia*) bonas pronubas, quod cum veritate virtutes (aliorum) commemorarent, plurimum valere ad conciliandam inter homines affinitatem, sed easdem mentiēdo nolle laudare,“ i. e. mentiēdo nolle affinitates conciliare; nam si mentiēdo amicitias coniungere vellent, non essent bona e pronubae. Hanc veram esse verborum sententiam luculentissime apparet ex verbis, quae statim sequuntur, *τοὺς γὰρ ἐξαπατηθέντας ἅμα μισεῖν ἀλλήλους τε καὶ τὴν προμνησαμένην*, qui enim decepti essent, et inter se odisse dicebat et ipsam conciliatricem.

II. 6, 37 (p. 697). Plane iniuria et sine ulla causa in verbis *τοιούτός μοι φίλος εἶ, οἶος, ἂν μὲν τι αὐτὸς ἔχω ἐπιτίθειον εἰς τὸ φίλους κηύσασθαι, συλλαμβάνειν μοι εἰ δὲ μή, οὐκ ἂν ἐθέλοις πλάσας τι εἰπεῖν ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὠφελείᾳ* codicum omnium scripturam deserendam ratus sic emendare sibi visus est: *οὐκ ἂν ἐθέλειν*, quod, ut ait, si scriberetur *ἐθέλοις*, compositio loci plane perturbaretur. Sed nostro loco ut saepissime alias oratio, quae ab *οἶος* apta esse debebat, transiit in enuntiationem primariam. Recte Breitenbachius Cobetum refutavit his verbis: „*οὐκ ἂν ἐθέλοις*, statt mit dem Infinitiv (nach *οἶος*) fortzufahren, lebhafter: da wärest du nicht gesonnen u. s. w.“ Praeterea autem vel verba *εἰ δὲ μή*, pro quibus exspectes *ἐὰν δὲ μή*, cum praecesserit *ἂν μὲν τι αὐτὸς ἔχω*, satis superque nobis demonstrant scriptorem novam plane enuntiationem incipere a verbis *εἰ δὲ μή*.

II. 7, 8 (p. 697) pro *ὠφελήθησόμεναί* revocare vult formam Atticam *ὠφελήσόμεναί*. Sed etiam aliis locis forma passiva *ὠφελήθησθαι* invenitur, ut III. 3, 15 *ὠφελήθησθ*. Cyrop. III. 2, 20: *ὠφελήθησασθαι* ex optimis codd. Thuc. VI. 18, 5. Eadem fere ratione formae *ζημιώσομαι* et *ζημιώθησομαι* — *στερήσομαι* et *στερήθησομαι* promiscue usurpantur, cf. Kühner gr. graec. ampl. II. 1, § 376 n. 2 p. 102. At miror Cobetum non offendisse in forma *ἐπιμελήθησόμεναί*, quae in vicinia legitur, pro qua unus codex Parisinus E exhibet *ἐπιμελήσόμεναί*; nam Xenophon certe semper vulgari huius verbi futuri forma utitur, ut Comm. II. 8, 3. Cyrop. V. 4, 33, Anab. IV. 3, 30. —

II. 7, 11 (p. 697). In verbis *νῦν δὲ μοι δοκῶ εἰς ἔργων ἀφορμὴν ὑπομένειν αὐτὸ ποιῆσαι* cum Schneidero, qui Stephanum secutus est, *ὑπομενεῖν* legere vult. Qua quamvis facili mutatione carere possumus: infinitivus futuri h. l. non necessario requiritur, ut latine dici potest: nunc vero mihi videor audere (non: ausurus esse) id facere. —

II. 8, 1 (p. 695, Mnem. 7, 287. 11, 121). In verbis *ἐπειδὴ γὰρ ἄφῃρ ἐθύμην τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτήματα, ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ ὁ πατήρ μοι οὐδὲν κατέλιπεν, . . ἀναγκάζομαι* idem quod

iam antea Hindenburgius acute invenerat, ἀφῆρεθη μὲν καὶ. legendum censet. Sed iam Schneiderus vulgata defendit. Pluralis enim numerus h. l. recte positus est de communi civium iactura.

II. 8, 2 (p. 650). Verba καὶ πόσον χρόνον οἶε σοι, ἔφη, τὸ σῶμα ἱκανὸν εἶναι μισθοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἐργάζεσθαι; eadem medicina, qua verba I. 3, 3 (οὔτε γὰρ — καλῶς ἔχειν) sananda esse censet particula ἄν inserta, ergo: καὶ πόσον ἄν χρόνον. Sed utraque coniectura nullo modo opus est, cum oratio recta sic conformata esse debeat: πόσον χρόνον τὸ σῶμα ἱκανόν ἐστι μισθοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἐργάζεσθαι; non πόσον . . ἄν εἶη;

Eodem loco (p. 650) in verbis, quae statim respondet Eutherus: μὰ τὸν Δεῦ, ἔφη, οὐ πολὺν χρόνον expuncto χρόνον, quod ei inficere et contra Atticam consuetudinem repetitum videtur, γε excidisse putat et sic scribi iubet: μὰ τὸν Δεῦ, ἔφη, οὐ πολὺν γε. Habenda est autem haec coniectura in numero earum, quae prorsus inutiles vel supervacaneae videantur. Quid quaeso fieret, si quaecunque aut elegantius aut melius ex arbitratu nostro dici possunt, in verborum ordinem recipere vellemus!

II. 8, 6 (p. 650). Non minus temere in verbis οὔτω γὰρ ἤμισια μὲν σε οἶμαι ἐν αἰτίᾳ εἶναι, μάλιστα δὲ τῇ ἀπορίᾳ βοήθειαν ἐρεῖν, ὅσα δὲ καὶ ἀκινδυνότατα ζῆν καὶ εἰς τὸ γῆρας διαρκέσεια particulam ἄν (ut I. 2, 9. II. 8, 2) excidisse ratus scribere vult οὔτω γὰρ ἄν ἤμισια μὲν σε οἶμαι ἐν αἰτίᾳ εἶναι. Habet quidem unus codex Paris. (B¹): οὔτω γὰρ ἤμισι' ἄν μὲν σε οἶμαι ἐν αἰτίᾳ εἶναι, alter cod. Paris. (A): ἤμισια ἄν omisso μὲν, sed id quod v. d. neglexisse videtur, si scriberetur οὔτω γὰρ ἄν ἤμισια μὲν σε οἶμαι ἐν αἰτίᾳ εἶναι, etiam ad infinitivos, qui sequuntur, ἐρεῖν et ζῆν particula ἄν repetenda erat, ut I. 3, 15. II. 1, 27. II. 1, 18. III. 3, 2, quod h. l. durius videtur, praesertim cum, si ita scribere vellemus, post infinitivum praesentis (εἶναι) sequeretur infinitivus aoristi (ἐρεῖν), quem rursus infinitivus praesentis (ζῆν) exciperet.

II. 10, 1 (p. 697). Ad verba ἄν τις σοι τῶν οἰκειῶν ἀποδοῖ animadvertit nullam esse controversiam quin legendum sit ἄν τις σε — ἀποδοῖ, (quod habent duo codd. Parisini) collato simili loco Cyrop. I. 4, 13 ἤν τις ἀποδοῖ σε τῶν οἰκειῶν. Sed praepropere egisse videtur v. d. Recte enim h. l. dicitur ἄν τις σοι — ἀποδοῖ, ut σοι sit dativus incommodi, qui nominatur. Defenditur autem dativus similibus locis ut Oecon. II, 14 προθύμως γε, ὦ Σώκρατες, ἀποφερέγειν μοι πειροῖ, Hellen. VII. 5, 25 φρυγούσης μὲν αὐτοῖς τῆς ἐναντίας γάλαγγος — φρυγόντων δ' αὐτοῖς καὶ τῶν ἰππέων.

II. 10, 3 (p. 690). Denique Cobetus in verbis ὑπερέτην ἐκόντα τε καὶ εὔνον καὶ παρὰ μόνον Valckenarii emendationem παραμόνιμον recipiendam esse censet conferens III. 11, 11 ἐνεργεσίᾳ δὲ καὶ ἡδονῇ τὸ θερίον τοῦτο ἀλώσιμόν τε καὶ παραμόνιμόν ἐστι. Cum praeterea etiam tertio loco II. 4, 5 ποῖον δὲ ἀνθρώπου οὔτως εὔνον καὶ παραμόνιμον legatur, veri simillimum videtur etiam nostro loco Xenophontem scripsisse εὔνον καὶ παραμόνιμον et culpa librariorum scriptum esse παρὰ μόνον, praesertim cum verba εὔνον καὶ παραμόνιμος duobus locis (hic et II. 4, 5) coniuncta sint. Huc accedit, quod forma παρὰ μόνος rarissima est et tantum semel apud Pindarum (Nem. VIII, 28 ὄλβος ἀνθρώποισι παρὰ μόνότερος) et scriptores aetate posteriores invenitur. --

E m e n d a n d a.

p. 5 ad I. 2, 14 legendum: alterum alterum excipere. — p. 5 ad I. 2, 21 lege: πεποιημένων.